



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Annus Cisterciensis


In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta  
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs  
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

**Meglinger, Joseph**

**[S.l.], Anno MDCLXXXIII.**

5. Decembris. Nonis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45314**



5. Decembris. Nonis.

Floruit  
anno  
1213.

**B. GODEFRIDE**, Episcopo Sylva-  
nectensis: qui tiaram Pontificiam,  
per annos triginta gloriosè gestatam,  
ne mortis spolium fieret, spontè sepo-  
sisti, secutior coram DEO Judice  
compariturus in humili veste mona-  
chi, quam in Monasterio Caroli-Loci  
assumptam, magnis virtutibus deco-  
rasti. *Vetus paxemia est: Mores, non ve-  
stes probare virum. Fac ergo tu, ut perso-  
nam, quam me agere vestis ostendit, non  
fictè, sed verè & serio agam: judicandus  
nempe olim non ex vestibus, sed factis.*

Obijt  
anno  
1244.


**B. JOANNA**, Flandriæ Comitif-  
sa, regendi artibus, ut quibus sola pie-  
tas pro lege erat, instructissima. Exi-  
mium ejus monumentum est Marche-  
tense Cœnobium: cujus ædificiis à tua  
liberalitate erectis adjunxisti peculiare  
pro te domicilium, ad quod sepositis  
subinde terræ negotiis soli tibi ac DEO  
vacatura te reciperes. Mortem deniq;  
vicinam præsentens suscepto sacro  
habitu ibidem piissimam vitam pari  
obitu clausisti. *Quoniam pacto de pretio-  
sissimo tempore Judici Deo rationem reddi-  
turus sum, qui tot horas ab ipso mihi ad  
pietatis exercitia donatas negligo, te verò  
considera*

considero inter amplissimas regiminis curas tam sedulam de aeterna salute? Doce me saltem sapius, si non semper tuam hanc sollicitudinem imitari.

S. BERNARDUS, s. 2. de SS. Pet & c.

Hæc nempe spiritualis est exercitij summa, hæc forma gratie spiritualis: ut sapienter disponamus presentia nostra; recogitemus in amaritudine animæ præterita; futura quoque sollicitè provideamus.

Vitæ spiri-  
tualis officia.



6. Decembris. 8. Idus.

B. EDMUNDE, monache Pontinacensis; qui coronatam laurea Doctorali eruditionem Augustissimæ Coelitum Reginae tandem unicè consecrasti, ejus laudes per omnia facultum genera extollens, maximè oratione ligata, reportatâ sanè digniore in cœlis corona, quàm suis olim Poëtis Pallas imposuit. Unam & mea lingua suis diserta foret ad canendas sacratissimæ virginis laudes! Tu illam non fictivijs Parnassi, sed castissimis devotionis fontibus imbue.

Floruit circa annum 1221.

B. NICOLAE, Monasterii Valcellensis Abbas: maximarum virtutum splen.

Floruit circa